

Universitätsbibliothek Paderborn

**De contritionis veritate aureum opus Fratris Joa[n]nis
Viualdi de Monte regali. ordinis fratrum predicatoru[m]
sacre pagine professoris**

Vivaldus, Joannes Ludovicus

[Augsburg], 1518

VD16 V 1772

De filiab[us] acidie.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30734

num virtutis opposite. Nam luxuriosus tristatur de bono continentie: et gulosus de bono abstinentie: et sic de ceteris. Et ideo dicendum est quod in spiritu libis bonis attenditur quidam ordo. Nam omnia spiritualia bona que sunt in actibus singularium virtutum ordinantur ad unum spirituale bonum: quod est bonum diuinum circa quod est spiritualis virtus que est charitas. Unde ad quamlibet virtutem pertinet gaudere de proprio spirituali bono quod consistit in proprio actu: sed ad charitatem pertinet specialiter illud gaudium spirituale: quo quis gaudet de bono diuino. Et similiter illa tristitia qua quis tristatur de bono spirituali: quod est in actibus singularium virtutum non pertinet ad aliquod vicium speciale: sed ad omnia vicia. Sed tristari de bono diuino de quo charitas gaudet pertinet ad speciale vicium quod acidia vocatur. Ex dictis patet quid sit acidia.

De filiis acidie.

Aber autem acidia sex filias habet Gregorium in xxxi. libro moralium. capitulo xxxiiij. Et Thomae in q. q. xxxv. arti. liij. que sunt malitia/rancor/pusillanimitas/desperatio. Corporis circa precepta: euagatio mentis circa illicita. Prima filia acidie vocatur malitia. Sed nota est Thomae ubi supra. Prima in responsione ad. q. ar. q. non accipit hic malitia put est genus vice. s. probabilitu' viciose sed prout importat fastidium bonorum spiritualium. Est autem malitia secundum Augustinum voluntas machinandi malum alicui. Cum autem quis iniurias alteri tunc irascit et postea tristat. Tunc malitia ut idem ait. est per quam mortis deceptio. r. veritate palliata vel odium alterius vel proprium commodum attendit. Tunc secundum Ambrosium. Malitia est mentis atque animi depravatio a tramite veritatis deuita. Et propter malitiosus dicitur callidus: astutus: versutus: subdolus: insidious. Secunda filia acidie est rancor. Dicitur rancor a ran. quod est ira. Ideo rancor propter est inueteratum odium vel indignatio siue amaritudo mentis inueterata. Sicut enim ex charitate sunt opera bona: ex quibus est confirmatione charitatis. Ita ex ira est acidia: ex acidia vero vetustas ire. Sed rancor prout est filia acidie non accipit pro odio: ut dicit secundus Thomas ubi supra: sed pro indignatione contra inducentem ad bona. Tertia filia acidie est pusillanimitas. Dicitur autem pusillanimus vel pusillanimis quasi pusillum habens animum. Pusillus autem deriuatur a pullo quod est parvus. Oritur autem pusillanimitas ex dissidenzia puerilis ex consideratione proprie infirmitatis vel operis ardui. Unde acidiosus vel pusillanimis reputat quasi ardua nimis ad obseruandum consilia et diuina precepta. Sed vere detecte mentis est que famulari regi renunt: cum vocatur ad regnum. Hinc Seneca. Contentus esto negotiis in que descendisti nec luctare cum officio quod semel cepisti. Turpe est oneri cedere. Quarta filia acidie est desperatio. Dicitur autem desperatio a deo et spero. Unde desperare est a spe cessare: ut quando ad bene operandum de propriis viribus de dei miseratione: de premiis remuneratione facit dissidere et ab ultimo fine recedere per similitudinem infirmorum: qui sine spe et fiducia sanitatis moriuntur. Ideo dissidentia meritorum: mater est dissidentie premiorum ex qua oritur tristitia. Unde Hugo in libro de vera sapientia sic ait. Prima salus est declinare culam. Sed nam desperare venia: quod ipse se in eternum puniri qui apud eum iudicetur ad penitentiam non recurrit. Et Ambrosius inquit. Incumbit virtutis seculi qui desperat de auxilio dei. Quinta filia acidie est corporis circa precepta. Est autem corporis languor: pigritia: frigus: stupor circa bona spiritualia et diuina precepta inchoanda et perseveranda. Tunc corporis est quedam insensibilitas propter quam non potest induci ad executionem mandatorum dei. Unde Marc' tullius in libro de

De pectō Acidie

Luscula. questio. ait. Acidia est pigricia et fatigatio animi qua quis bonum in
choatu consummare fastidit. Sexta filia acidie dicit euagatio metis circa il-
licita. Cum enim acidiosus a licitis et spūaliis abstinet quasi ea vitiificas et tenet
tunc spūali gaudio vestitur in rebus exterioribus et illicitis solatione querit: in eis
querere hinc volens. Unde Greg. ait. Acidiosus non habens in se unde letet querit foris. sicut illi
qui non poterant gaudere de spūaliis delectatiōibus ad corporales se trāsserunt. Ad
euagationē autē metis peccat octo. scilicet oculositas: somnolentia: importunitas: mē-
tis inquietatio: corporis instabilitas: verbositas: curiositas. Que Isido. i libro
de summo bono dicit originem ex acidia. Vide sanctū Tho. in. ii. ii. q. xxxv. ar. liij.
In responsione ad tertium argumentum. Nota quod ista euagationē metis quādōq; est
particularis et certa habet materiam: et sic quenam omnibus virtutis. Quādōq; est ge-
neralis et incerta: et hec est proprie euagationē acidie. Ille enim qui est absorptus tristitia
et acidie: non habens in se unde delectari vagari ad omnia querere requie delecta-
tionis et non invenit: quia in bonis fallaciis non inuenitur vera quietis. Ideo ex ta-
li euagationē plerūq; afficit tedium vite presentis: iuxta illud Job. x. cap. Tedium
Tristitia animā meā vita mee. Et David in psal. ait. Dormiavit anima mea p̄ tedium.
laudabilis. Quod quidē tedium est quedā tristitia animi ex miseriabili vita illius mundi.
Et ideo quādōi ista tristitia procedit ex desiderio celestis patrie et dei amore
considerando quod dulce sit quam suave: quam vtile videret deum: eo frui: sanctorum angelorum
agminibus interesse: ad que omnia obtinenda creatus est. Et ecōtra: quam obscuritas
metis sit ignorare creatorē suū: quam graue periculum: quam impuritas: quam ins-
tabilitas cordis: quam ingratitudo p̄ tot ac tatis beneficij receptis. Bona est
Tristitia talis tristitia: laudabilis et meritoria. Hoc tedium se habere ostendebat David.
vitupabi qui in psalmo ait. Heu me quod incolatus meus plongatus est. Et Paulus qui di-
cebat. Lupio dissolui et esse cum chio. Sed si homo haberet tedium de vita presen-
ti: aut quia non habet illā prosperitatē quam vellere: aut illos honores vel diuitias
vel voluptates quas cupit. Et parisi cū audiret vel videt alios prosperari vel ho-
norari vel diriri ex hoc trās̄tristat et vellere non vnuere: negligens seipsum et p-
risam conditionē. Cum autē ita deinceps mete vel ratione delibera: appetit tolli
Ita nūdo vel se non fuisse natum: vel quasi animal brutum affectat mori quam
quam morte: etiam in malo statu anime. Tale tedium est acidia mortalis et graui-
simum peccatum: nec seruus dei habet unde tale tedium. Unde Sapientie. v
iiij. capitulo dicitur sic. Non enim habet amaritudinem conuersatio illius: nec
tedium conuictus illius: sed leticiam et gaudium. Et nota quod loquitur de vera sa-
pientia cum qua conuersarunt et vivit qui dei gratiam habet. Undi autem
amatores qui illa carent dicunt id quod scribitur Sapiente. iiij. capitulo. Exis-
tivum et cum tedium est tempus vite nostre et non est refrigerium in fine homi-
nis: et non est qui agnitus sit reuersus ab inferis: quia ex nihil nati sumus: et
post hoc erimus tanquam nihil fuerimus. Ideo ad vivendum hoc tedium dicunt
quod sequitur in eodem capitulo sic. Venite ergo et fruamur bonis quae sunt: et vivamur
creatura tanquam in iuventute celeriter: vino precioso et vnguentis nos implecamus
et non pretereat nos flos temporis. Coronem nos rosas anteque marcescat nullus
lumen pratum sit quod non pertranscat luxuria nostra: ubique relinquamus signa
leticie: quoniam hec est pars nostra: et hec est soror nostra. Hec ibi. Ex dictis pa-
ret de filiis acidie.

Quae creature detestant acidiam.

c. Onsequenter acidiam detestant omnes creature quae sub quatuor generi-
bus comprehenduntur. Primo creature intellectuales: ut sunt angelis: